



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold
Francofurti ad Moenum, 1708**

VD18 10184902

De Canonissis. Tit. 3

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

Opio locum non habet, in beneficiis seu Præbendis in Curia, vel 72
quod Sedem vacantibus: d.c. ult. de consuet. in G. Simonet. de reservat. be-
nif. qu. 45. num. 3. Falco. in Sim. tract. qu. 4. effectu. 1. Gigas. d. tract. &
num. 10. Paris. de resignat. benef. benef. lib. 2. qu. 20. num. 7. nec in
lve generaliter, sive specialiter reservatis: Archid. in c. ult. & ibid. Joan.
Andr. Franc. & alii, per text. in c. ut nostrum de appellat. Gig. d. loc. num.
9. Gare. d. tract. part. 5. cap. 1. num. 452. Monet. d. tract. cap. qu. 3. à n. 41.

An autem locum habeat in vacantibus per permutationem; Joan. 73
Andr. in d. c. fin. tenuit, quod sic, eumque sequitur ibi Ancharan. Con-
trarium autem videtur tenere idem Joan. Andr. in addit. Specul. sup.
Rab. de rer. permut. quem sequitur Joan. de Lign. in d. c. ult. & Federic.
de Senis in tract. de permut. benef. qu. 38. & in cons. 59. Petr. de Ubald.
in Sim. tract. qu. ult. Imola tamen, concordando dictas opiniones, di-
cit: Aut permutatio fit propter utilitatem permutantium, & tunc lo-
cum haber optio: quia talis permutatio videtur ambitiosa & restrin-
genda: aut fit permutatio propter Ecclesiarum utilitatem, quod tamen
tardio fit temporibus nostris, & eo casu locum non haber optio: quia
cum permutatio est amplianda, quia est favorabilis. *eamq. distinctionem*
sequitur Franchus in d. c. fin. Gigas d. loc. num. 14.

Habet optio locum in beneficiis ad Papam ex negligentia inferio-74
rum in non conferendo intra sex menses à die notitia vacationis, devo-
luit. Franc. Marc. Delph. decis. 1259. num. 2. part. 1. Monet. d. cap. 13.
num. 106. Barbo. d. loco num. 24.

Non in beneficiis juris patronatus laicalis aut mixti; nisi consenti-75
patronus, aut speciali præscriptione vel consuetudine id fuerit indu-
cium. Monet. d. cap. 3. num. 112. & 121. cum seq.

TITULUS III. De Canonis.

S U M M A R I A.

- | | |
|------------------------|-----------------------------|
| 1. Canonissa qua: & an | 2. An probata. |
| teneantur voto. | 3. In Belgio libera à voto. |
| LII 3 | 4. An |

*rvinus
Personis
et Ecclesiis*

IV.

3 Z

4. An. & à quo visitentur. 6. Earum Collegia varia,
5. De Earum regula & privilegia & jura.
disciplina.

Sunt etiam mulieres, Canonissæ dictæ, Canonicorum Secularium exemplo viventes, propriis non renunciantes, nec professionem ullam emitentes, nec clausuram servantes, Azm. lib. 13. Inst. moral. cap. 9. ad matrimoniū (Abbatissâ, Priorissâ, Sacrificissâ, quæ solæ virginitatem vovent perpetuam, exceptis transire valentes. *De quib. loquitur Papa Honorius III. in c. dilecta. de major. & obed. ubi Gloss. verb. Canonissas. & verb. provinciarum. in. de demnitatibus. §. supra dicta. de elect. in 6. præbendas habentes ita mē temporales, ut cuiusvis spiritualitatis, & per consequens Simonie sunt ex- pertes. Caput aq. decif. 3 56. num. 6. part. 2. Lotter. de re benefic. lib. 1. ap. 19. num. 15.*

2 Harum institutum nec probat, nec improbat Pontifex, in Clem. de statu Monachor. Steph. Weyms. in confit. 24. ex jure antiqu. desumpt. per Concil. Trident. innovat. confit. 15. num. 5. pag. 145.

3 In Belgio nullo religionis voto sunt adstrictæ, sed de rebus suis disponendi libertatem semper retinent liberam. *Weyms. d. loco.*

4 Vult eas, d. Clem. 2. Pontifex per Ordinarios sua, vel si sint exemplaræ, apostolica auctoritate visitari; nisi, ut pleraque in Belgio, sub imediata Principum sive protectione; quorum tum petenda licentia. *Concil. Trident. sess. 22. de reform. cap. 8.*

5 Fuit anno Christi 817. Ludovico Pio monente Canonicarum, seu ut loquimus, Canonissarum in Concilio Aquisgranensi Regula edita, & tom. Concil. Gallic. & demum ab Aub. Morao 1638. cum aliis in Cod. Regul. typus vulgaris.

Vult ea cap. 27. Presbyteros in his Monasteriis non diutius, quin & conciones & sacra exigant, habere; omnia publicè agere, confessores in Ecclesia excipere: cap. 11. habitationis ingressum viris intercedere etum habere: c. 19. 20. 26. accessus & virorum frequentias caverre dormitorium & refectorium commune habere: cap. 10. ad nuptias non transire. cap. 18.

Co
De
er Ben
G

Quod capite 18. etiam correctionis & disciplinæ modus proponitur religiosus magis, quam servent mores hodierni. Nempe hic: Post cibra morita, panis & aqua; in choro & mensa sequestratio: deinde cum discretione vel horum disciplina: carcer: tandem Episcopi judicium; cui etiam reservantur peccata criminalia omnia.

Harum Canonissarum, seu Canonicarum; *Novel. Just. 59.* seu 6 *Sanctimonialium;* ut d. *Regula & Sigebertus ad annum 820.* ante Concilii Aquilgranensis tempora, multæ fuere congregations. *testantib. b. litteris Ludovici Pii ad Archiepiscop. Salisburg. Molon. lib. 1. de Cano- nici cap. 15.* & quidem in Belgio Nivellenses & Andenses, cum libero, ut afferunt habere documenta, instituto; sine voto regulari, à D.D. Gertrudo & Begga Pipini I. Brabantæ Ducis prolibus fundatae. Sunt filiales alia alibi.

Habebant autem regulam aliquam ex SS. Patrum præscriptis defumptam, ut ex ea liberiori vita plures transferint ad vitam monasticam. Nivellense porro collegium à Papa Paschali II. brevem vitæ formam habet, sub vita tamen communis. Sed *anno 1136.* Imp. Lotharius bona divisa; primam partem hospitali, alteram Abbatissæ, tertiam se- ptuaginta duorum fratrum & sororum congregationi attribuit.

In hujusmodi Abbatisarum electionibus Papa Bonifacius IX. jube, etiam carum non aprobato statu, decretum in canonis electionibus præcripta servari. *c. indemnitatis. §. penult. de elec. in 6.*

Habent Capitula Canonicarum Montensium & Nivellenarum à Sede Apostolica privilegia, ut Jure Ordinariorum haec sint exempta: coram Principe ejusque Concilio iuri stant. *Zypaus de jure Pontificio Neuss. lib. 3. tit. de Regularib.*

TITULUS IV.

De Beguinis.

S U M M A R I A.

1. *Beguina que.*

2. *Earum Institutor quis.*

3. An

*rvinus
Personis
et Ecclesiast.*

IV.

3. Z